

Fabianus Danczaw Reverendissimo  
in. Xto Patri Dño Joanni Dantisco  
Episcopo Culmensi Domino mihi gra-  
tioso.

75  
Summa rerum hæc VIII<sup>m</sup> dispersa sunt  
non visa Hungaria, Bohemorum etiam  
XIII. debebant proficisci in Hungariam,  
verum quid fiat, nil scitur.

Nova apud nos hæc sunt. Principes no-  
stri optimè habent, sed dominus Castel-  
lanus Cracoviensis eger est quatuor in-  
firmitatibus, senio, febris, jeteritia, et  
cordiaca, caperantque ante tres dies du-  
bitare etiam cum desperatione, sed jã  
incipiunt melius sperare, quamvis te-  
pidè Dominus Deus illius misereatur,  
salvet pro bono Reipublicæ.

Dominus Petrus Opaliński missus est  
ad Imperatorem Turcarum orator, di-  
cantque Conventionem hujus Regni ob  
hoc protrahi usque ad trium Regum fe-  
stum, quo ille interim revertatur ipso  
absente mihi injunctum est docere Ma-  
jestatem Regiam juniorem Allemannia,  
quate non licet uti volui venire in  
Prussiam. me commendo et servitia  
mea in gratiam et benevolentiam Re-  
verendissima Dominationis Vestre, que  
feliciter diu valeat.

Dominus de Nassau iuit in Germaniam  
inferiorem, adolescentem illum per Re-  
verendissimam Dominationem Vestram  
illi commendatum non habet, quia mor-  
bus Gallicus coëgit eum manere in Po-  
lonia. datum Cracovia die vigesima  
quinta mensis Octobris. Anno Domini  
Millesimo quingentesimo trigesimo se-  
cundo.

Reverendissima D. Vestrae  
Servus  
Fabianus Danzaw.

LV